

Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrissimi Viri Petri De Marca Archiepiscopi Parisiensis
Dissertationvm De Concordia Sacerdotii Et Imperii, Sev
De Libertatibvs Ecclesiæ Gallicanæ, Libri Octo**

Marca, Pierre de

Parisiis, 1669

IV. Variè scripsit Ravennius ad Episcopos, aliter ad eos scribens qui monachi non fuerant, aliter ad eos qui ex Lirinensi insula assumpti erant.
Præcipue verò adesse optavit Rusticum Episcopum ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-15617

& Imperij Lib. V. Cap. XXXIII.

99

universis fratribus innotesceret per follicitum
dinem Ravennij. Denique principem locum
inter Episcopos Gallicanos obtinuisse Ra-
vennium hinc colligi posse mihi videtur,
quod & in epistola illa synodica & in respon-
sione Leonis, tum etiam in actis Concilij
apud Arelatam habiti in causa insulae Liri-
nensis, Ravennius primo ubique loco nomi-
natur ante Rusticum Narbonensem & Inge-
num Ebredunensem, tametsi isti ordinatio-
ne multo antiquiores essent. Vnde pater, ut
hoc quoque dicamus, corrigendam esse in-
scriptionem alterius epistolæ ejusdem Leo-
nis ad Ravennium, Rusticum, & Venerium,
quæ perturbato ordine hodie legitur, cum
Ruficus ante Ravennium nominetur hoc
modo: *Dilectissimis fratribus, Rustico, Raven-
nio, Venerio, & ceteris Episcopis per Gallias con-
stitutis.* Nisi si Leo ita egit de industria, ut
ostenderet nihil privilegi super ceteros Epis-
copos habere Ravennum.

III. Prætermis sacerdotibus ceteris probationibus, in solo Concilio Arelatensi explicando immorabitur; ex quo constare poterit non dubitate Ravennium quin Episcopos Arelatem ad Concilium evocare posset, tametsi de causa ageretur monasterij extra provinciam Viennensem positi. Exorta enim erat gravis & ingens controversia inter Theodorum Episcopum Forojuensem in secunda Narbonensi & Faustum Abbatem Lirinensem de monachis laicis, deberentne eorum curam gerere Episcopus, an vero ad Abbatem solum ea cura pertineret absque ulla interventione auctoritatis Episcopi, & an licet Episcopo quosdam ex eis promovere ad clericatum invito Abbatem. Repugnabat haud dubie Faustus, quem propterea Theodorus ex insula abduci & sibi exhiberi jussit. Erat maxima per regiones illas monasterij Lirinensis & Abbatis fama. Itaque controversia illa provinciales varia in studia didxit, & grande, ut cum Ravennio loquamur, scandalum genuit, quod atrocitate sui multos involvit. Quid heic fecit Ravennius Arelatensis? Pro jure loci sui & secundum receptam consuetudinem epistolam generali scriptis ad Episcopos provinciarum familiarum, uti ad hoc remediandum scandalum Arelatense accederent ante diem IIII. kalendas Ianuarias, qui dies audiencia constitutus erat. Convenerunt ergo duodecim Episcopi, & inter hos, Rusticus Narbonensis, & Ingenuus Ebredunensis Alpium maritimarum Metropolitanus. Hujus auctoritate Concilij soppitum est illud dissidium; ut patet ex Actis synodi, qua à Sirmondo & Dacherio edita sunt.

I V. Ravennius porrò , cùm epistolam
Tom. II.

generalem ad Episcopos scriberet , in fine
exemplaris quod ad Episcopos qui ex insula
Lirinensi assumpti erant (ex enim legendum
puto pro in) misit , hæc addidit : *B*eatitudinem
vero vestram præcipue adesse convenit , quos insu-
la ipsa velut sinu quodam geneticis fovens , ad
eam gratiam que nunc in vobis est *D*omino insti-
gante produxit . In exemplari vero quod ad
Rusticum Narbonensem missum est , præter
communem Episcopis ex Lirinensi monaste-
rio assumptis admonitionem , istam peculia-
rem pro Rustico addidit Ravennius : *A*c præ-
cipue beatitudine vestra ut adsit primum de precamur ,
quia gravior infirmitas necessario medicos peritis-
simos inquirit . Erat enim Rusticus vir docti-
simus , ac negotiorum haud dubie monasti-
corum peritisimus . Monachus quippe fuerat
in primo adolescencia flore , ut docet Hiero-
nymus in epistola ad eum in initis suscep-
ta ab eo vita monastica scripta circa tem-
pori Innocentij Papæ primi . *H*ec dicimus , ut
primate , filii Rustice , fronte doceamus magna capi-
se , excelsa sectari , & adolescentia immo puberis
incentiva calcantem , perfite quidem statim gra-
dum scandere , sed lubricum iter esse per quod in-
gredere . Cogitasse autem fortassis jam tum
Rusticum de clericatu colligi videtur ex ea-
dem Hieronymi epistola , in qua sic legitur :
*H*ec dico , ut etiam si clericatus te titillat deside-
riam , disceas quod possis docere , & rationabilem
hostiam offeras Christo , ne miles ante quam tyro ,
ne prius magister sis quam discipulus . Et infra :
*I*ta ergo age & vivere in monasterio ut Clericus esse
mercaris . Et mox : *C*um ad perfectam etatem ve-
neris , si tamen vita comes fuerit , & te vel popu-
lus vel Pontifex civitatis in clerum allegere ,
agito quæ Clerici sunt .

V. Occasio postulat ut quoniam initia Rustici attigimus, etiam ceteras vitæ ejus partes aggrediamur, utpote magni viri, & qui, nisi primas, saltē secundas partes obtinebat inter Episcopos Gallicanos. Jam docuimus Hieronymi testimonio eum fuisse monachum. Olim autem, cum videremus eum in monasterio socium fuisse Venerij, qui deinde fuit Episcopus Massiliensis, existimabamus monachum fuisse in monasterio Massiliensi. Sed nunc omnino persuasum habeo Lirinensis insulæ secretis semet abdidisse. E monasterio deinde ad Ecclesiam evocatus, haud dubie a Venerio Massiliensi Episcopo, Ecclesia Massiliensis Presbyter factus est. Deinde ex secundis subselliis episcopalem sedem descendit anno CDXXX, ut mox ostendam. Post aliquamm̄t̄os ab ordinatione sua annos cogitavit de restauranda Ecclesia Narbonensi, quæ vi ignis consumpta fuerat. quod p̄eraeūt fuit anno XI X. episcopatus ejus. Quo fortassis exemplo Gregorius Tu-

Regol.
N. ii

Emilien Aielar.
111. Taf. 1. Concl-
us. Coll. pag. 110.
8 Taf. v. 1. Spiele.
11 Dachstein
16. II.